

Wilhelm David Habermann

Ad Eundum Exeqvias Viri Præ-Nobilissimi pariter atque Amplissimi, Domini, Dn. Johannis Schuckmanni, Serenissimi Ducis Mecklenburgici Regentis Camerae Secretarii ... Cives Academicos omnes singulosque publico hocce Programmate officiosè ac humanissimè convocatos & invitatos vult Wilh. Dav. Habermannus, Med. D. & P. P. O. Academiae Rector : [P. P. Sub Sigillo Academico Anno MDCCIX. d. 30. Aprilis]


Rostochii: Weplingius, [1709]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774519460>

Druck Freier  Zugang



Habermann, W. D.,
in
J. Schuckmann,
Rostock, (1709.)





AD EUNDUM
EXEQVIAS
VIRI

Præ-Nobilissimi pariter atque Amplissimi,
DOMINI,

DN. JOHANNIS
SCHUCKMANNI,
Serenissimi Ducis Mecklenburgici Regentis
Camerae Secretarii

Fulgidissimi Fidelissimiq;

Abs

Mœstissimâ ejusdem Viduâ
hodiè paratas,

*Cruces Academicos omnes singulosque
publico hocce Programme
officiosè ac humanissimè
convocatos & invitatos vult*



WILH. DAV. HABERMANNUS,

MED. D. & P. P. O.
ACADEMIÆ RECTOR.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



Vibus Reſtorale, quo

defunctus ſuperius per ſemestre
ſum in Academia noſtra, munus
humeris adhuc incumbit meis,
CIVES O. O. HONORATIS.
SIMI! pauciſſimi, noſtis, ſuper-
ſunt dies, ut præterlapſuris iisdem
Venerabili Summè Rev. FCta-
tis Theologicæ noſtræ Seniori

ipſummet committerem more vetuſto traderemq; . Spe-
raveram, non datum mihi ulterius iri de morte mortuiſve
commentandi occaſionem, imò optaveram quodq; . At
ecce, quam diverſæ ſint à noſtris ſupremi illius vitæ ne-
ciſq; Arbitri cogitationes! Abſtulit enim, DEO ſic
volente, ante elapſum octiduum hocce nec ætati, nec
dignitati, nec ſexui, nec ulli mortalium parcens mors
Virum Familiæ Honoratiſſimæ, ſpectatæ inter omnes ac
probatæ integerrimæ fidei, virtutum excellentiſſimarum,
& quod maximum omnium eſt, pietatis in DEUM nula-
latenus infucatæ. Intelligitis, CIVES! intelligere me
Virum Præ-Nobiliſſimum pariter atq; Ampliſſimum,
Dominum, DN. JOHANNEM SCHUCKMAN-
NUM, Sereniſſi Ducis Mecklenburgici Cameræ-Se-
cretarium fulgidiſſimum non minus ac fideiſſimum,
ultraq; duo decennia longè optimè ſuâ functione defun-
ctum. Eſt omninò convenientiſſimum, ut, qui
humano generi Reiqve, cujus membra erant, publicæ
officia ſua pro virili præſtitere, ac aliis inſerviando pro-
priam ſuam conſumpſerunt vitam, Virorum memoria
conſervetur ad poſteros quoq; , ſi futuri aliqui ſunt, pro-
paganda. Idq; tum maximè ſi defuncti in DEO aliis

etiam

etiam virtutibus præfulgentes vitam heic duxisse per
omnia laudabilem deprehenduntur. Ita namq; & pro-
meriti istud officii abs superstitibus judicandi sunt, &
mortui licet viventium esse poterunt Doctores, quos
eorum, si quis in illis honestatis amor est aut aliqua lau-
dum cupido, imitari exemplum oportet. Æquum pro-
inde est ac justum, cum talis fuerit per omnem vitam
suam Vir Beatus, cujus hodie parata sepultura est, qui
ejusdem memoriam recolamus eamq; inter nos serve-
mus gratam perpetuamq;. *Hoc enim, Seneca Lib. IV. de
Benefic. C. 30. dicente, debemus virtutibus, ut non præsentibus
solum illas, sed etiam ablatas è conspectu colamus. Quo-
modo illa id egerunt, ut non in unam aetatem prodesse, sed
beneficia sua etiam post ipsas relinquerent: ita & nos non una
aetate grati simus.* Ea itaq; propter B. nostri SCHUCK-
MANNI vitæ cursum, si non ut decet ob laudum multi-
tudinem, tamen ut licet ob brevitatem temporis, delinea-
tur, ejusdem ingressum in hanc vitam, progressum in
eâdem & ex illâ egressum, omni sui parte felicissimum
pariter ac laudabilissimum, describam. Ortum igitur
quod spectat, traxit eundem ex Familiâ, in universum de
Ecclesiâ, Patriâ Req; publicâ literariâ, & de Academiâ hac
ac Civitate speciatim supra laudes nostras meritâ, quod
gratâ adhuc dum mente agnoscunt, quotquot defuncto-
rum etiam æstimare merita didicere. *Pater siquidem ei
fuit Vir Magnif., Maximè Reverend. atq; Amplif.
DN. HERMANNUS SCHUCKMANNUS, S. S.
Theol. Doctor ac in hac Academiâ Professor Celeberri-
mus, juxtaq; Consistorii Ducalis Consiliarius: dein-
ceps vero Serenissimi Principis ac Domini, DN. GU-
STAVI ADOLPHI, Ducis Mecklenburg. glor. re-
cord.*

A:

cord. Concionator in Aulâ Primarius ac Confessionarius,
Districtus Güstroviensis Superintendens, Consiliiq; Ec-
clesiastici Præses Gravissimus. *Mater* contigerat ipsi Nobil-
issima omnibusq; muliebrem sexum condecorantibus
virtutibus, si quæ alia, exornatissima Matrôna, MAR-
GARETHA Gembken. *Avus* superioris lineæ exstis-
tit Vir Prænobiliss. Consultiss. ac Excellentiss. DN.
HENRICUS SCHUCKMANNUS, Jurium Doctor
& Professor in hac Academiâ Fulgidissimus, Consistorii
Ducalis Assessor, ac Sereniss. Ducis Mecklenb. DN. JO-
HANNIS ALBERTI, gl. m. Consiliarius jntimus
Illustris, posteaq; jam Consiliarium Judicii Aulici ac
Provincialis aliquot per annos egisset. Junxerat ille sibi
matrimonio, quæ *Avia* adeò beatè defuncti nostri me-
moratur, sceminam pietatis ceterarumq; virtutum orna-
tu Fulgidissimam, ANNAM STECHOVIAM, fi-
liam B. DN. ALBERTI STECHOVII, Civis hic
Primarii ut & Petrinæ Ædis Præfeti, ac AGNETÆ
PEGELIÆ, ex Celeberrimâ tunc temporis Pegeliorum
Familiâ, cui non parum Academia nostra debet, sanc-
guinem derivantis. *Proavus* porro exstis-
tit Spectatiss; DN. HERMANNUS SCHUCKMAN-
NUS, Westphalus, Primarius inter Cives Osnabrü-
genses, cui uxor, nostro autem B. DN. Secretario *Proa-
via*, contigerat ANNA FLORCKENIA, virtuosissi-
ma DEUMq; serio amans ac colens Matrôna. Ad infe-
riorem lineam nos convertentes *Avum* Beati fuisse in-
venimus Virum Nobiliss. Ampliss. ac Prudentiss. DN.
JACOBUM Gembken / Civitatis nostræ Senatorem
ac Camerarium Seniore longè optimè meritum. *Avi-
amq;* optimarum virtutum sceminam, ANNAM Ha-
vemans;

Bemannus / B. DN. VALENTINI HAVEMANNI;
 Civis Rostochiensis Primarii natam. *Proavum*, Virum
 Nobiliss. atq; Prudentiss. DN. HERMANNUM Lembe-
 ten / ejusdem hujus Civitatis itidem Senatorem Specta-
 tissimum. *Proaviam*, foeminam Laudatissimam, MAR-
 GARETHAM *Beermons* / ex vetustis BEERMANNIO-
 RUM Croniorumq; familiis oriundam. *Abavum*, Præ-
 Nobiliss. Ampliss. ac Prudentiss. DN. JACOBUM
 Lemben / Consulem Patriæ nostræ Magnificum Gra-
 vissimumq;. Ei contigerat conjux Nobiliss. virtutibusq;
 admodum præfulgens, THALIA Beselinen / ex flo-
 rentissimo BESELINIORUM genere prognata, quæ adeo
Abavia extitit *tâ ignapita*. A tam præclaris, quorum
 in benedictione memoria est, Parentibus Avisq; proge-
 nitus ille est, editus in lucem, hac ipsâ in Musarum sede,
 anteqvam Gustrovium evocatus sedem transferret B.
 ejusdem Genitor, d. 18. Aprilis, nonam inter ac decimam
 horam ante-meridianam Anno MDCLI. Non est id mi-
 nimum divinorum donorum reputandum homini, cui
 ab honestis nasci Parentibus contigit. Quod si verò &
 illi egregiis suis virtutibus promerere, qui ab omnibus
 in pretio habeantur, habemus amplio rem gaudiorum, de
 quâ gloriari possimus, materiam. Et verè de eo gratu-
 lari sibi potuit B. noster DN. SCHUCKMANNUS,
 quemadmodum ex relatis hætenus constat quam aper-
 tissimè. Non tamen in hac gloriâ sibi acquiescendum
 ratus est, quin potius omnem dederit operam, ne ab illâ
 perenni contestataq; Parentum virtute degeneraret, â
 teneris inde & sibi dictum reputans illud Ovidianum
Lib. XIII. Metamorph. n. 140.

Nam genus & proavos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

A 3

Hinc

Hinc indita sibi per nativitatem virtutum semina adeo non suffocavit, ut eadem progerminare fecerit, donec eorum fructum decerpere licuit aliis. Et hoc palam fiet, ubi progressum ejusdem in hac vita paulo penitius fuerimus contemplati. Noverant pii Parentes, hunc suum filium, non minus ac alios ordinariâ Naturæ viâ progenitos, in peccatis natum; ideirco ad lavacrum spiritualis regenerationis cito adducere illum minimè neglexerunt. Postmodum & ita ejus suscipere in se curam, quemadmodum effectus abunde docuit, ut nilquidquam intermitteretur eorum, quibus in Patriæ emolumentum potuerit educari. Utque eo felicius hæc procederet institutio, commissus fuit curæ fideiq; Præceptorum, privatorum primum, dein & publicorum, quorum ex numero duos præ ceteris laudare solebat Gothofredos, AMMONIUM alterum, alterum VOIGTIUM, utrumq; S. S. Theol. Licentiatum & Rectorem inclyti Gymnasii Güstroviensis, quod eorummet merita celebrat vel hodie. Solent aliquando plantæ, sicubi in aliud inferuntur solum, felicius germinare: ideoq; & Beati Viri Parentes in id consentiebant, ut alium sibi eligeret locum, quo majores in cœptis studiis facere progressus posset. Placuit Hamburgum, cujus non opes ac splendor, sed inclyti, quod ibi floret, Gymnasii, Celebriumq; tunc temporis in eodem docentium Professorum fama Beatum allicebat. Horum quippe ductu se felicissimè in Studiis versaturum, conceperat spem quam frustratam tuisse expertus nunquam est. Eum namq; in modum per fidelem eorummet informationem, accedente propriâ diligentia plane indefessa ac laudabili quæcunq; ad eruditionem solidam facientia comprehendendi ardore,

re, profecit, ut elapso, quem ibi consumserat, A. MDCLXIX.
aptus æstimatus abs omnibus fuerit dignusq;, qui ad alti-
ora contendendo ipsas superiores, quas Academias vo-
camus, Scholas adiret. Noluit tamen B. Parens illum in
juvenili isthac ætate à se longius remorum, sed ad vicinam
sibi hanc nostram Academiam eum A. MDCLXX. ablegavit,
commendatum initio directioni ac curæ Viri quondam Plu-
rimum Rev. Ampliff. atq; Excellentiff. nunc Beati DN. M.
HERMANNI BECKERI, Phys. ac Metaph. Prof. Publ.
& ad ædem D. Jacobo sacram Pastoris longe optimè meriti,
Hujus pariter ac Viri Maximè Rev. Excellentiff. & Ampliff.
DN. FRANCISCI WOLFII, Philosophiæ Rationalis
tum Profess: posteaq; S. S. Theol. D. & P. P. O. Celeberrimi,
Pastoris item Mariani ac Rev. Ministerii hujus loci Directo-
ris, hodie apud Hamburgenses Ecclesiæ Nicolaitanæ Pasto-
ris & Rev. Ministerii Con-Senioris atq; Scholarchæ Gra-
vissimi, utpote proximi sui Affinis, ductum sequutus, uni-
versam Philosophiam tractavit, eo cum felici successu, ut Anno
MDCLXXIV. d. i. Septembr. sub præsidio prælaudati DN.
D. WOLFII, ipsemet Autor Exercitationem Logicam pu-
blicæ ventilationi exposuerit *de Syllogismo, in quâ nonnullorum,*
quæ de structurâ figuris modis & reductionibus Syllogismorum in
Compendiis passim solent tradi, rationes investigantur & expli-
cantur; summo omnium cum applausu defensam. Edo-
ctus nimirum erat, non posse hodie quem feliciter in supe-
rioribus Disciplinis versari, nisi Philosophiæ adjutus admi-
niculis sit. Id quod & postero tempore ipsa illi confirma-
vit experientia. Instructus ergo, quantum satis judicabatur,
Philosophiæ notitiâ, & superiora animum applicaturus, ju-
ris prudentiæ præferabat studium, in quo Celeberrimorum
eâ tempestate Themistæ Sacrorum heic loci Antistitum, Vi-
rorum Præ-Nobiliff. Consultiff. ac Excellentiff. nunc Bea-
torum

tōrum, DN. D. HENR. RUDOLPH. REDEKERI,
DN. D. JACOBI Lemben / DN. D. JOH. SIBRAN-
DI, ductu & informatione fidelissimā, quam deprædicare
semper solebat, gavissus fuit. Ita integrum heic quadrien-
nium peregit, ut omnium promeritus fuerit favorem ac be-
nevolentiam. Non poterat non proinde gratus reverti
domum acceptusq; non solum Beatis Parentibus suis, sed &
Amicis ac bonis quibuscunq;. Ipse verò haustæ hæctenus
doctrinæ majora additurus incrementa, posteaquam apud
Suos aliquantisper commoratus esset, Wittebergensem ut
& Jenensem adiit Academias, Celeberrimorumq; in illis do-
centium Juris Professorum ac Doctorum prælectiones sedu-
lò auscultavit. Quin & Lipsienses salutavit, ceteraq; cele-
briora Saxonix & alia loca, ut eruditorum inibi Virorum
se insinuarit amicitix conciliaritq; sibi favorem. Tandem
Anno MDCLXXXI. vario doctrinæ genere auctus Suis red-
ditus est, virtutibus quoq; suis magno splendore illustrem
familiam suam magis collustraturus magisq;. Et tales illæ
erant, ut quam facillimè suos invenirent æstimatores, hone-
stamq; ei compararent famam, quæ & ad aures Sereniss-
Principis ac Domini, DN. GUSTAVI ADOLPHI, p. m.
penetraret, qui eundem publicis Aulæ Patriæq; negotiis illicò
voluit admotum. Annus erat superioris seculi octoges. sextus,
quo diversa eum sentire fata oportebat. Eo namq; currente,
dulcissimam suam amittebat Genitricem, cujus obitus, utpote
quam verè filiali, id est tenerrimo amore prosequutus erat,
mœrorè ipsi attrahebat, non nisi cum difficultate quâdã aufse-
rendum. Sed DEO dirigente, aliquantum leniebatur ille,
quando beatè defunctus Vir officio locoq; honorato donaba-
tur eodem ipso anno abs prælaudati Serenissimi Principis
Clementiâ Camera- Secretarius constitutus. Isthoc in mu-
nere & dexteritatem abundè demonstravit, & fidelitatem
adhibuit

adhibuit ubiq; laudabilissimam. Id propter vel indies majorem consecutus Ducalem gratiam, & aliorum in Aula Virorum promeritus existimationem erat. Factum inde est, ut, cum Gustroviensium Ditio cum integro Ducatu Hencotorum Serenissimi Principis ac Domini, DN. FRIDERICI WILHELMI, Ducis Mecklenburgici, &c. &c. Domini nostri Clementissimi, unitis ac consolidatis terris, regimini subjiceretur, hic patriæ nostræ Pater in dictâ illâ functione Beatum Nostrum confirmaverit. Nec ille â virtutibus fidei in Ministro requisitis unquam quidquam remisit, ut potius, debilitatis quantumlibet ab aliquo tempore viribus, naviter suum exsequutus officium sit, donec usq; lethalis lectus eummet caperet. Ex quo facile conjicitur, illum sui post se desiderium reliquisse. Ast revertamur nunc, publicis visis, ad domestica Viri Beati. Ornatus, ceu supra memoravimus, à Clementissimo suo Principe, officio ac dignitate, de familiâ constituendâ cogitare tandem cepit. Ad matrimonium igitur animum adjiciens, impetratâ seriis ad rerum humanarum Arbitrum directis precibus directione coelesti, vitæ thoriq; sibi elegit sociam, Virginem Nobiliss: omnibusq; sexus sequioris virtutibus longè instructissimam, ANNAM MARGARETHAM FRIDERICIAM, viri Præ-Nobiliss: atq; Ampliss: quondam, DN. CHRISTOPHORI FRIDERICI, aliquoties laudati Ducis GUSTAVI ADOLPHI, Consiliarii ac Secretarii Intimi, Lectissimæq; Matronæ, CATHARINÆ KOBOVIÆ, filiæ primogenitam, quæ nunc summo in luctu constituta Vidua dulcissimi Conjugis abitum lacrymarum imbris deplorat. Consummatum sacerdotali benedictione horum conjugium fuit Anno M DCLXXXIX. ipso Beati natali, 18. mensis Aprilis die. Nec sine coelesti benedictione ipsummet fuit, siquidem in eo pie defunctus vidit filiolum, HERMANNUM CHRISTOPHORUM, & vidit tantum. Nam datum iterum abstulit tenerrimâ in infantia ille, in cujus manibus sunt Dies nostri. Præter eum verò, quæ Divina

B

est

est gratia, superest secundogenitus, multæ spei bonæque
incons adolefcens, FRIDERICUS ALBERTUS, quem
Numinis dirigat Spiritus, ut paternarum avitarumque vir-
tutum hæres, eadem imitetur non modò, sed & æmuletur.
Quod reliquæ attinet B. Dn. SCHUCKMANNI vitam,
ea non ab omni quidem defectu fuit immunis, qualem
carnis in hoc mundo imbecillitas non admittit; at-
amen, quantum fieri heic licet, ad præscriptum Paulinum
Tit: II. 12. instituta, sobria, iusta, pia. Quod propitiâ ve-
ritate dum dixi, omnia me dixisse arbitror. Sic & DEO &
hominibus, summis ac infimis, gratus charusque vixit. Et
quia vitæ ante actæ respondere plerumque exitus solet, vi-
debimus nunc tandem, qualisnam contigerit Nostro. Per
aliquot menses eundem ægritudine quâdam laborasse, nos
tunc satis est atque compertum. Sed & hoc ipsummet ille divinum
agnoscebat beneficium, quò à mundanis negotiis curis
ve paulisper abstractus, ad DEUM & coelestia eò melius
convertere animum suum posset, beatamque expectare cum
Paulo analysin. Quale autem fuerit morborum genus,
quocum ei luctandum fuit, quodque tandem vitam ejus ex-
tinxit, pluribus exposuit Præ-Nobiliss. Excell. atque Expe-
rientiss. DN. JOH. ERNEST. SCHAPERUS, Med. D. & P. P.
O. Celeberrimus, Archiater Ducalis Fulgidissimus, Fautor
& Collega noster Honoratiss. cujus hæc ipsa sequuntur verba:
*Morbis, quo Eger noster jam Beatus correptus decubuit, eiq. tandem
succubuit, è genere soporosorum erat, siquidem torporis soporisque
sensus constans sinistram capitis partem, eandemque genam mentisque
dimidium occupaverat, referens ad gingivam orisque interni con-
terminos continuum Lympha atque molestum stillicidium, ut ut eam
nec colligere nec in rei sic factæ testimonium exspuere, nec alio de-
monstrare poterat modo. Interim quoties hic Apoplexia prodromus
paulò vehementius agebat, toties sinister oculus obscurabatur Visu,
eiusque albugo suffundebatur rubedine, & ex vasis palpebrarum
novis exstillans naturalis Lympha, enacè in fimbriis utriusque palpe-
bra relinquebat, materiâ catarrhosis palpebris consuetâ atque solennè,*
quo

quo ipso simul angustiam præ altero majorem oculus referebat. Sed à simili nec dexter oculus immunis erat, non tam vicinitatis onere, quam potissimum ex vi latius se extendentis Apoplectici catarrhi. Reliqua autem juncta symptomata erant insignis lassitudo, debilitas virium & prostratus appetitus. Circumstantia igitur hujus gravis omnino morbi sine ambagibus Prognosin dabant tristem, eamq; tristis frequens atq; dejectus agri animus magis reddebat deteriorem, quam meliorem, siquidem eo ipso Spiritus suppressantur, & jam tum torpidi, fiebant torpidiores, & sanguis & humores induebant nocivam crassitiem, & sic si non causa hujus morbi tristis agri animus erat, tamen impedimentum insigne, quo medicamentorum optimorum vis inanis reddebatur atq; frustranea. Ut taceam, quod jam à multis annis Egro nostro in quovis simul comes scorbutus suâ acie sapius nocebat. Hoc rerum statu valetudine satis infirma utebatur Eger, & cum eveniret, ut pertinax ille Catarrhus per sinistrum Latus se magis extenderet, Brachium hujus lateris cum pede facile afficiebatur paralyti. Hac paralyseos cum supervenientibus dolorosis utriusq; partis spasmi tædia licet post multa variaq; & exquisita remedia adhibita superarentur, nec aridura ordinariò metuenda nondum datus esset locus, usus tamen earum partium fere semper segnis sæpè difficilis erat; & humores sanguinis soboles suam & aciem & crassitiem nocivam tum tussi, tum ciborum fastidio imò fere horrore, tum vomitu frequenti, tum non raris alvi dejectionibus prodebant. Miser ubiq; sic status erat, & Eger noster sensim ducebatur ad mortem. Quamprimum enim sopor insignis redibat, periculum de tristi pro adstantibus eventu augebatur, siquidem d. 19. April. in soporem exitum vita minantem incidebat, è quo tamen die 20. April. demùm excitatus quasi denuò reviviscebatur, novamq; adstantibus exciabat spem melioris eventus. Usq; dum die 21. Aprilis circa hor. septimam matut. novus & alter soporis Paroxysmus egrum invadebat, quam posteriorem soporis Periodum superare cum non posset, more apoplecticorum die 22. Aprilis circa horam decimam matutinam vitam cum morte placidè mutabat hætenus eger. Prædixerat ipse inet aliquoties sibi suisque, fore, ut circa id circiter temporis moriturus esset. Uti enim d. 18. Aprilis natus in hunc mundum erat; ita & illo ex eodem se


se egressarum: & sicuti eo ipso die consummaverat conjugium suum; ita & eodem illud dissolutum iri, speraverat. Nec ita multum, ceu experientia, proh! docuit, abluta scopo, si quidem in tertium duntaxat superavit diem, posteaquam quinquagesimum octavum ætatis suæ annum complevisset. Quantum doloris, quantum tristitiæ attulerit, quantum expresserit lacrymarum lacrymabilis hæcce abitus Nobilissima: Viduæ, Filio unico, ceterisque; si ve consanguinitate si ve propinquâ affinitate junctis, reticere hæc præstat. Omnes interim illis condolemus, nulli dubitantes, quin ita laturo casum hunc sint, sicuti Christianos decet. Lugendi sunt demortui, ac non sine spe rediturae vitæ. Nam nascuntur homines, ut moriantur: moriuntur, ut vivant æternum. Cogitandum potius erit, quàm benè nunc piè defuncto sit. Conflctandum ipsi in hoc mundo erat cum malis mundanis: ac *mors omnium dolorum & solatio est & finis*, Seneca, que non Gentilem inter Christianos dixerimne, an Christianum inter Gentiles? dubito, *Conf. ad Marc. Cap. XIX.* scribente. Cujus & elegans itidem est *l. c. Cap. XX.* dictum: *Contra injurias vitæ beneficium mortis habeo.* Sensit in hac vitâ corporis molestias perferensque, morbo laborandum ipsi fuit: mors verò ultimus est Medicus, ut non inconvenienter eam *Sophocles apud Stob. s. 117.* nuncupasse legitur. Hostes jam suos devicit, æternum nunc triumphum agens. Mala superavit, afflictionis sensum ignorat, immunis exiit ab omni calamitate. Vitam morte amisit: sed amittendo plus, quam amisit, obtinuit, vitam videlicet, quam terminatura nulla unquam mors est. Mortuus itaque non est, sed moriendo vitam unice veram adeptus. Quam enim hæc vivere datur, vita est non-vita. Ne igitur diutius, svadeo, contristemini, quotquot obitum B. DN. SCHÜCKMANNI defletis. Congratulemini potius illi, ad quem pervenit, optimum felicissimumque, qui esse potest, statum. Expellite tristitiam, in memoriam Vobis revocatâ, quam *Cicero Tuscul. Quest. Lib. III.* dedit, ejusdem descriptione: *Tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisq; fugienda.* Sed vero Nobis, CIVES ACADEMICI! id charitatis Christianæ incumbit officium, ut, quantum fieri potest, solatii quidquam afferamus afflictis, pièque defuncto Viro ultimum exhibeamus honorem. Id ipsum fieri, si paratas hodie offibus ejus exequias iverimus frequentes. Agite proinde, CIVES HONORATISSIMI! funus hoc Viri per omnia Laudatissimi comitemini, ut & quod Vobis fieri vultis, aliis faciatis, & quod aliis feceritis, Vobis iterum queatis expectare. Valete!

P. P. Sub Sigillo Academico Anno MDCCIX. d. 30. Aprilis
 Conventus erit in Æde D. Mariæ sacratâ

torum, DN. D. HENR. RUDOLPH.
DN. D. JACOBI Gembken / DN. D. JO
DI, ductu & informatione fidelissimâ, qua
semper solebat, gavisus fuit. Ita integrum
nium peregit, ut omnium promeritus fuerit
nevolentiam. Non poterat non proind
domum acceptusq; non solum Beatis Parenti
Amicis ac bonis quibuscunq;. Ipse verò h
doctrinæ majora additurus incrementa, p
Suos aliquantisper commoratus esset, Wi
& Jenensem adiit Academiâs, Celeberrimor
centium Juris Professorum ac Doctorum præ
lo auscultavit. Quin & Lipsienses salutavi
bria Saxoniæ & alia loca, ut eruditorum
se insinuarit amicitia conciliaritq; sibi favor
Anno MDCLXXXI. vario doctrinæ genere
ditus est, virtutibus quoq; suis magno sple
familiam suam magis illustraturus magisq;
erant, ut quam facillimè suos invenirent æsti
stantq; ei compararent famam, quæ & ad
Principis ac Domini, DN. GUSTAVI AL
penetraret, qui eundem publicis Aulæ Patriæ
voluit admotum. Annus erat superioris seculi
quo diversa eum sentire fata oportebat. Eor
dulcissimam suam amittebat Genitricem, cuj
quam verè filiali, id est tenerrimo amore p
mœrorè ipsi attrahebat, non nisi cum difficult
rendum. Sed DEO dirigente, aliquantum
quando beatè defunctus Vir officio locoq; ho
tur eodem ipso anno abs prælaudati Seren
Clementiâ Camerae-Secretarius constitutus.
nere & dexteritatem abundè demonstravit,

Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.xyymaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Office



adhibuit ubiq; laudabilissimam. Id propter vel indies ma-
 jorem consecutus Ducalem gratiam, & aliorum in Aula Vi-
 rorum promeritus existimationem erat. Factum inde est,
 ut, cum Gustavoviensium Ditio cum integro Ducatu Hene-
 torum Serenissimi Principis ac Domini, DN, FRIDERICI
 WILHELMI, Ducis Mecklenburgici, &c. &c. Domini no-
 stri Clementissimi, unitis ac consolidatis terris, regimini
 subjiceretur, hic patriæ nostræ Pater in dictâ illâ functione
 Beatum Nostrum confirmaverit. Nec ille â virtutibus fi-
 deli in Ministro requisitis unquam quidquam remisit, ut
 potius, debilitatis quantumlibet ab aliquo tempore viribus,
 naviter suum exsequutus officium sit, donec usq; lethalis
 lectus eummet capere. Ex quo facile conjicitur, illum sui
 post se desiderium esse. At revertamur nunc, publi-
 cis visis, ad vitam Beati. Ornatus, ceu supra me-
 moravimus, in suo Principe, officio ac di-
 gnitate, tandem cogitare tandem cepit.
 Ad id, quod ad se adjiciens, impetratâ se-
 rum directis precibus di-
 git sociam, Virginem
 is virtutibus longè
 ETHAM FRIDE-
 : quondam, DN.
 voties laudati Ducis
 ac Secretarii Intimi,
 MARINÆ KOBOVIÆ, filie
 ne summo in luctu constituta
 gis abitum lacrymarum imbribus
 datum sacerdotali benedictione horum
 conjuncto anno MDCLXXXIX. ipso Beati natali, 18.
 mensis die. Nec sine coelesti benedictione ipsum-
 met fuit, quidem in eo pie defunctus vidit filiolum, HER-
 MANNUM CHRISTOPHORUM, & vidit tantum. Nam
 datum iterum abstulit tenerrimâ in infantia ille, in cujus
 manibus sunt Dies nostri, Præter eum verò, quæ Divina
 B est

